Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



imperium ps. Deus uidicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis. Gla p. Oro.

Deus qui hodierna die unigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti. concede propitius: ut qui iam te ex fide cognouimus usque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducas. Per eiusdem. Lectio isaie prophete

Hec dicit dominus. Surge illuminare ierusalem quia uenit lumen tuum. et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram et caligo populos. super te autem orietur dominus: et gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et uide: omnes isti congregati sunt uenerunt tibi. filii tui de longe uenient. et filie tue de latere surgent. Tunc uidebis et aflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum. quando conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium uenerit tibi. Inundatio camelorum operiet te dromedarii madian